



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De Nicodemo. Ioan. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

At quantò ille eius zelus feruentior, fortior, potentior, & benignior fuit, quod tam diris postmodum flagellis dilaniandum se vtrò offerre dignatus sit, vt ab æternis nos cruciatibus liberaret! Amor, gratitudo, zelus gloriæ Dei fortis & suavis.

III. Quærentibus Iudæis signum ad comprobandam potestatem istud audendi, duplex ijs signum assignat: *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* quod illi non intelligentes calumniantur. O quale signum infinitæ eius charitatis, quod templum corporis sui, in quo habitat plenitudo Diuinitatis corporaliter, permiserit per durissimos cruciatu dissolui! quale signum eiusdem diuinæ potentia, quod propria virtute illud dissolutum gloriosius resuscitarit! Amor, gaudium de gloria Christi, fuga temerarij iudicij.

y.

## De Nicodemo. Ioan. 3.

I. **N**icodemum genere & doctrina nobilem nocte clam, ob respectum humanum, venientem ad se Iesus benignè excipit, nec statim eum reprehendit, sed sensim in cognitionem propriæ ignorantia deducit, ac deina.

deinde discretè arguit, pleniusque instruit, atque ad fidem & amorem sui perducit.

Quoties similem charitatem tibi, quantumvis imperfectè respicienti, exhibere dignatus est per internas inspirationes, per Confessarios, Superiores? an non æquum, ut ei te gratum exhibeas, & simili modo proximos tibi commissos ad Christum trahere satagas? Gratitude, amor, suavis & discretus zelus salutis animarum.

II. Christus Nicodemo ruditatem suam prodehenti præcipua fidei capita tradit, uti de Baptismo, Pœnitentia, Ss. Trinitatis mysterio, de Filij Dei Incarnatione, Passione, Ascensione, Vita æterna. quanto zelo eius, omniumque quos per ipsum instrui optabat, salutis ac perfectionis promovendæ, quanto pondere sententiarum, quanta energia verborum hæc sublimissima mysteria illi explanârit, simulque desiderarit omnes ad clariorem illorum cognitionem, maioremque æstimationem inducere, & vitam eorum notitię conformare, nobisque perfectissimam formam eadem rudioribus tradendi relinquere? Gratitude pro dono fidei, zelus animarum.

Hh. 6

III. My-

III. Myſterium Paſſionis & Crucis ſuæ, & finem eius vehementius inculcat, ſicut Moyses exaltauit ſerpentem in deſerto. ita exaltari oportet Filium hominis, ut omni, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam, ut oſtendat Patri honorificentiffimam, ſibi gratiſſimam, nobiſque ſaluberrimam eſſe eius piam recordationem, affectuoſam applicationem, & ſeriam imitationem. Gratiſſimo, zelus Chriſtum crucifixum imitandi, eiufque merita ſibi applicandi.

VI.

De perfectæ ſpei præſtantia, conditioni-

VII.

bus, &amp; fundamentis.

De Actibus ſpei perfectè eliciendis, &amp; in-

6. Hebd.  
poſt  
Trinit.

citamentis.

3-  
6. p. med.  
40

I. Dominica VI. poſt Trinitatem.

De iuſtitia Phariſæorum. Matt. 5.

I. **N**iſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quàm Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Phariſæica iuſtitia ſeu perfectio in his deficiebat. 1. Non erat pura, quoad intentionem, quærebant enim illi in ea vanam